

ADDENDA ET VARIANDA
IN
ORDINE SACRI TRIDUI
IUXTA RITUM CARMELITARUM

DESCLÉE & SOCI
PARISIIS - TORNACI - ROMÆ - NEO EBORACI

ORDINIS FRATRUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS
DE MONTE CARMELO

Hodiernus Procurator generalis Ordinis Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo a S. Rituum Congregatione reverenter petiit prorogationem Rescripti diei 12 Ianuarii 1956 N. O. 9/1956, circa usum Ordinis Hebdomadæ Sanctæ pro suo Ordine redacti, et approbationem ad experimentum supplementi pro Dominica II. Passionis, seu in Palmis, et variationum in textu præfati Ordinis Hebdomadæ Sanctæ inductarum, ut in adiecto exemplari habentur.

Sacra porro eadem Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Sanctissimo Domino nostro Ioanne Papa XXIII tributis, attentis expositis benigne annuit pro gratia ad utrumque juxta preces, ad proximum quinquennium. Servatis de cetero servandis. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 6 Martii 1961.

L. + S.

HENRICUS DANTE, S. R. C. a secretis

JOACHIM SORMANTI, Subst.

IMPRIMATUR

Romæ, die 11 Martii 1961

FR. KILIANUS HEALY,

Prior Generalis Ord. Carm.

Copyright 1961 by DESCLÉE & Co., Tournai (Belg.)

All rights reserved

Printed in Belgium

PRÆNOTANDA

1. In Missa (et feria VI in solemnè Actione liturgica), si solemniter celebratur, scilicet cum ministris sacris, ea omnia, quæ diaconus vel subdiaconus aut lector, vi proprii officii cantant vel legunt, a celebrante omittuntur.

2. In omnibus ecclesiis et oratoriis publicis et semipublicis, ubi copia habeatur sacrorum ministrorum, sacri ritus dominicæ II Passionis seu in palmis, feriæ V in Cena Domini, feriæ VI in Passione et Morte Domini et Vigiliæ paschalis; in forma solemnè celebrari possunt.

3. In ecclesiis autem et in oratoriis publicis et semipublicis, ubi sacri ministri desint, ritus simplex adhiberi potest. Ad præfatum autem ritum simplicem peragendum, requiritur numerus sufficiens « ministrantium », sive clericorum, sive saltem puerorum, et quidem trium ad minus pro dominica II Passionis seu in palmis et pro Missa in Cena Domini; et quatuor saltem in celebratione Actionis liturgicæ feriæ VI in Passione et Morte Domini et Vigiliæ paschalis. Hi autem « ministrantes » sedulo instructi esse debent de iis quæ ab ipsis agenda sunt. Duplex hæc conditio, scilicet de sufficienti numero « ministrantium », et de eorum congrua præparatione, prorsus requiritur ad ritum simplicem peragendum. Superiores invigilent ut hæc duplex conditio, pro ritu simplici statuta, adamussim observetur.

4. Ubi actiones liturgicæ hebdomadæ sanctæ ritu simplici peraguntur, si præsto sit alter sacerdos vel saltem diaconus, nil impedit quominus hic, diaconali more indutus, cantet evangelium, quando occurrit, aut historiam passionis (ipsi celebranti parte Christi reservata), vel præconium paschale, lectiones quoque et invitationes ut sunt *Flectâmus gênua* et *Levâte*, aut *Benedicâmus Dómino* vel *Ite, missa est*: uno verbo partes diaconi congrue absolvat.

5. Sacerdotes, præsertim qui curam animarum gerunt, bene sint edocti, non solum de rituali celebratione instaurati Ordinis hebdomadæ sanctæ, verum etiam de eius liturgico sensu ac pastorali proposito.

Curent præterea ut etiam fideles, sacro quadragesimali tempore, aptius instruantur ad instauratum hebdomadæ sanctæ Ordinem rite intelligendum, ita ut eiusdem celebrationis mente et animo participes fiant.

6. Præcipua autem capitâ instructionis populo christiano tradendæ hæc sunt :

a) *Pro dominica II Passionis, quæ « in palmis » vocatur.*

Invitentur fideles ut frequentiores ad solemnem processionem palmarum conveniant, Christo Regi publicum testimonium amoris et gratitudinis reddaturi.

Moneantur porro fideles ut tempestive, currente sancta hebdomada, ad sacramentum pœnitentiæ accedant; quæ quidem monitio illic præsertim urgenda est, ubi consuetudo invaluit ut fideles vespere sabbati sancti et mane dominicæ Resurrectionis quasi catervatim ad sacrum tribunal conveniant. Studeant igitur animarum curatores ut per totam sanctam hebdomadam, præsertim vero sacro triduo, fidelibus facilis occasio præbeatur ad sacramentum pœnitentiæ accedendi.

b) *Pro feria V in Cena Domini.*

Erudiantur fideles de amore quo Christus Dominus, « pridie quam pateretur », sacrosanctam instituit Eucharistiam, sacrificium et sacramentum, Passionis suæ memoriale perpetuum, sacerdotum ministerio perenniter celebrandum.

Invitentur quoque fideles, ut post Missam in Cena Domini, debitam augustissimo Sacramento adorationem reddant.

Ubi demum pedum lotio, ad mandatum Domini de amore fraterno demonstrandum, secundum Ordinis instaurati rubricas in ecclesia peragitur, edoceantur fideles de profunda huius sacri ritus significatione, ac de opportunitate ut ipsi hoc die christianæ caritatis operibus abundant.

c) *Pro feria VI in Passione et Morte Domini.*

Disponantur fideles ad rectam intelligentiam singularis actionis liturgicæ huius diei, in qua, post lectiones sacras et preces, Passio Domini nostri solemniter decantatur; orationes pro totius Ecclesiæ et generis humani necessitatibus offeruntur; deinde a familia christiana, clero et populo, sancta Crux, nostræ redemptionis trophæum, devotissime adoratur; postremo, iuxta instaurati Ordinis rubricas et sicut mos fuit per multa sæcula, omnes qui id cupiunt et rite parati sunt, ad sacram quoque communionem accedere possunt, ea potissimum mente, ut corpus Domini, pro omnibus hoc die traditum, devote sumentes, uberores redemptionis fructus percipiant.

Instent porro sacerdotes ut fideles hoc sacratissimo die piam servant mentis recollectionem, nec legem obliviscantur abstinentiæ et ieiunii.

d) *Pro sabbato sancto et vigilia paschali.*

Oportet in primis ut fideles de peculiari natura liturgica sabbati sancti diligenter edoceantur. Est autem dies summi luctus, quo Ecclesia ad sepulcrum Domini immoratur, passionem eius et mortem meditando; a sacrificio Missæ, sacra mensa denudata, abstinendo; usque dum, post solemnem vigiliam seu nocturnam Resurrectionis expectationem, locus detur gaudiis paschalibus, quorum abundantia in sequentes dies exundat.

Huius vero vigiliæ propositum et finis in eo est, ut liturgica actione demonstretur et recolatur, quomodo ex morte Domini nostra promanaverit vita, et gratia. Itaque sub cerei paschalis signo ipse Dominus « lux mundi » (Ioan. 8, 12) proponitur, qui peccatorum nostrorum tenebras, gratia suæ lucis, profligavit; paschale præconium profertur, quo splendor sanctæ noctis Resurrectionis decantatur; memorantur Dei magnalia in antiquo foedere peracta, mirabilia Novi Testamenti pallentes imagines; aqua baptismalis benedicitur, in qua, « consepulti cum Christo » in mortem peccati, cum eodem Christo resurgimus, ut « in novitate vitæ ambulemus » (Rom. 6, 4); hanc denique gratiam, quam Christus nobis promeruit et in baptisate contulit, renovatis eiusdem baptismatis promissionibus, vita moribusque coram omnibus testificari pollicemur; postremo, implorato triumphantis Ecclesiæ interventu, sacra vigilia solemniter Resurrectionis Missa terminatur.

7. Nec minus necessaria est præparatio ritualis sacrarum cærimoniarum hebdomadæ sanctæ.


Quapropter ea omnia, quæ ad piam et decoram celebrationem liturgicam huius sanctissimæ hebdomadæ occurrunt, sollicitè paranda et ordinanda sunt; sacri propterea ministri ceterique ministrantes, sive clerici sive laici, potissimum si pueri sint, iis quæ ab ipsis peragenda erunt, sedulo instituantur.


8. In sacro Triduo, ad omnes Horas usque ad Vesperas sabbati sancti inclusive, in fine Psalmorum, et in Responsoriis, omittitur *Glória Patri*. In Officio cantato, ultimi versiculi Psalmorum et Canticorum terminantur sicut et alii, scilicet in finali Antiphonæ convenienti. In Officio vero recitato, ad omnes Horas, vox deprimitur per tonum in fine cuiusque Psalmi, Cantici et cuiusque divisionis. Oratio *Réspice* dicitur gravi et recta voce et ultima syllaba deprimitur ut in Psalmis.

DOMINICA SECUNDA
PASSIONIS
SEU IN PALMIS

I classis

Ad Tertiam.


D 
E-us, in adiu-tó-ri-um me-um inténde.



R. Dómine, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et



Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto. Sic-ut e-rat in princi-pi-o,



et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen.




Laus ti-bi, Dómi-ne, Rex æ-térnæ gló-ri-æ.

Hymnus

II
Nunc, Sancte, no-bis, Spí-ri-tus, Unum Patri cum
 Fi-li-o, Digná-re promptus ínge-ri Nostro re-fú-sus pé-
 cto-ri. 2. Os, lingua, mens, sensus, vi-gor Confessi-ó-nem
 pér-so-nent, Flamméscat igne cá-ri-tas, Accéndat ardor
 pró-xi-mos. 3. Præsta, Pa-ter pi-íssime, Patrique compar
 U-ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-eli-to Regnans per omne
 sæcu-lum. A-men.

Antiphona I f

PU-e-ri Hebræ-ó-rum, * portántes ramos o-li-vá-



rum, obvi-a-vé-runt Dómi-no, clamán-tes et di-cén-tes :
 « Ho-sánna in excél-sis ».

Psalmus

Cantor
LE-gem po-ne mi-hi, Dómi-ne, vi-am iusti-fi-ca-
Chorus
 ti-ónum tu-á-rum : * et exquí-ram e-am sem-per.

2. Da mihi intelléctum, et scrutábor **legem tuam** : * et custó-diam illam in toto *corde meo*.

3. Deduc me in sémitam mandatórum tuórum : * quia *ipsam* vólui.

4. Inclína cor meum in testimónia tua : * et non in *ava-rítiam*.

5. Avérte óculos meos ne vídeant *vanitátem* : * in via tua *viví-fica* me.

6. Státue servo tuo *elóquium tuum*, * in *timóre tuo*.

7. Amputa oppróbrium meum quod *suspícátus sum* : * quia *iudícia tua iucúnda*.

8. Ecce concupívi mandáta tua : * in æquitáte tua *viví-fica* me.

9. Et véniat super me misericórdia tua, **Dómine** : * salutáre tuum secúndum *elóquium tuum*.

10. Et respondébo exprobrántibus **mihí verbum** : * quia sperávi in *sermónibus tuis*.

11. Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis **usquequáque** : * quia in iudiciis tuis *supersperávi*.

12. Et custódiám legem tuam **semper** : * in *sæculum* et in *sæculum sæculi*.

13. Et ambulábam in **latitúdine** : * quia mandáta tua *exquisívi*.

14. Et loquébar in testimoniis tuis in conspéctu **regum** : * et non *confundébar*.

15. Et meditábar in mandátis tuis, * *quæ diléxi*.

16. Et levávi manus meas ad mandáta tua, **quæ diléxi** : * et exercébar in iustificatióibus tuis.

17. Glória Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

18. Sicut erat in principio, et **nunc**, et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.

Memor esto verbi tui **servo tuo**, * in quo mihi *spem dedísti*.

2. Hæc me consoláta est in humilitáte **mea** : * quia elóquium tuum *vivificávit me*.

3. Superbi iníque agébant **usquequáque** : * a lege autem tua non *declinávi*.

4. Memor fui iudiciórum tuórum a **sæculo**, **Dómine** : * et *consolátus sum*.

5. Deféctio **ténuit me**, * pro peccatóribus derelinquéntibus *legem tuam*.

6. Cantábiles mihi erant iustificatiónes **tuæ**, * in loco peregrinatónis *meæ*.

7. Memor fui nocte nóminis tui, **Dómine** : * et custodívi *legem tuam*.

8. Hæc **facta est mihi** : * quia iustificatiónes tuas *exquisívi*.

9. Pórtio **mea**, **Dómine**, * dixi custodíre *legem tuam*.

10. Deprecátus sum fáciem tuam in toto **corde meo** : * miserére mei *secúndum elóquium tuum*.

11. Cogitávi **vias meas** : * et convérte pedes meos in *testimónia tua*.

12. Parátus sum, et non **sum turbátus** : * ut custódiám *mandáta tua*.

13. Funes peccatórum **circumpléxi sunt me** : * et *legem tuam non sum oblítus*.

14. Média nocte surgébam ad **confiténdum tibi**, * super iudicia *iustificatiónis tuæ*.

15. Párticeps ego sum ómnium **timéntium te** : * et custodiéntium *mandáta tua*.

16. Misericórdia tua, **Dómine**, **plena est terra** : * iustificatiónes *tuas doce me*.

17. Glória Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

18. Sicut erat in principio, et **nunc**, et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.

Bonitátem fecísti cum servo tuo, **Dómine**, * *secúndum verbum tuum*.

2. Bonitátem, et disciplinam, et sciéntiam **doce me** : * quia *mandátis tuis crédidi*.

3. Priúsquam humiliárer ego delíqui : * proptérea elóquium tuum *custodívi*.

4. **Bonus es tu** : * et in bonitáte tua doce me *iustificatiónes tuas*.

5. Multiplicáta est super me iníquitas **superbórum** : * ego autem in toto corde meo scrutábor *mandáta tua*.

6. Coagulátum est sicut lac **cor eórum** : * ego vero legem tuam *meditátus sum*.

7. Bonum mihi quia **humiliásti me** : * ut discam *iustificatiónes tuas*.

8. Bonum mihi lex **oris tui**, * super *míllia auri et argénti*.

9. Manus tuæ **fécérunt me**, et **plasmavérunt me** : * da mihi *intelléctum*, et discam *mandáta tua*.

10. Qui **timent te** vidébunt me, et **lætabúntur** : * quia in verba tua *supersperávi*.

11. Cognóvi, **Dómine**, quia **æquitas iudícia tua** : * et in veritáte tua *humiliásti me*.

12. Fiat misericórdia tua ut **consolétur me**, * *secúndum elóquium tuum servo tuo*.

13. Véniant mihi miseratiónes **tuæ**, et **vivam** : * quia *lex tua meditatio mea est*.

14. Confundántur **superbi**, quia iniúste iniquitátem **fécérunt in me** : * ego autem exercébor in *mandátis tuis*.

15. Convertántur **mihi timéntes te** : * et qui novérunt *testimónia tua*.

16. Fiat cor meum immaculatum in iustificacionibus tuis, * ut non confundar.

17. Glória Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

18. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Anti-
phona

Pú-e-ri Hebræ-ó-rum, * portántes ramos o-li-vá-

rum, obvi-a-vé-runt Dómi-no, clamán-tes et di-cén-tes :

« Ho-sánna in excél-sis ».

Capitulum

Is. 50, 5 et 6

Dominus Deus apéruit mihi aurem, ego autem non contradico : † retrórsus non ábii. * Corpus meum dedi percutiéntibus, et genas meas velléntibus. R̄. Deo grátias.

Responsorium breve

E

-ru-e a fráme-a * De-us á-nimam

me-am. E-ru-e. V̄. Et de ma-nu ca-nis ú-ni-cam

me-am. * De-us. E-ru-e.

V̄. De o-re le-ó-nis lí-be-ra me, Dómi-ne.

R̄. Et a córni-bus u-ni-córni-um humi-li-tá-tem me-am.

D

Omi-nus vo-bíscum.

R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.


Orémus.

Oratio

OMnípotens sempitérne Deus, qui humano géneri, ad imitándum humilitátis exéplum, Salvatórem nostrum carnem súmere et crucem subire fecisti : † concéde propítius; ut et paciéntiæ ipsíus habére documénta * et resurrectiόνis consórtia mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : * per ómnia saecula saeculorum. R̄. Amen.

V̄. Dóminus vo-bíscum.

R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.



℣. Be-ne-di-cámus Dómi-no.



℞. De- o grá-ti- as.

Deinde additur, sine nota, ant. Salve, Regina, et postea :

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi

Orémus.

Oratio

PRótege, Dómine, fámulos tuos subsidiis pacis : et beátæ Mariæ semper Vírginis patrocinis confidéntes, a cunctis hóstitibus redde secúros. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℞. Amen.

DE SOLEMNI PALMARUM PROCESSIONE IN HONOREM CHRISTI REGIS

Omnia quæ in sequentibus rubricis inter uncinos edita sunt, referuntur ad celebrationem simplicem, quando scilicet sacræ cærimonie peraguntur a sacerdote, absque ministris sacris.

DE REBUS PRÆPARANDIS

1. Pallium altaris, si adhibetur, rubri coloris, facile amovibile, aptatum super aliud violacei coloris.
2. Super tabernaculum, si in altari asservatur Sacramentum, conopeum, item rubri coloris, aptatum super aliud violaceum.
3. Rami palmarum seu olivarum aut aliarum arborum inter candelabra, si placuerit.
4. Ante altare, in opportuniore loco presbyterii, in conspectu fratrum et populi, mensa, alba tobalea cooperta, et super eam rami benedicendi pro ministris, ministrantibus, fratribus et fidelibus, nisi ipsi fideles ramos suos iam in manibus teneant.
5. Ubi necesse sit, parentur loca pro fratribus apta ad videndam benedictionem ramorum.
6. Ad latus evangelii, in plano, legile, ubi mos est, velo rubro coopertum, pro lectione evangelii.
7. Ad latus epistolæ, in plano, sedilia pro ministris et ministrantibus.

IN CREDENTIALIA :

8. Calix pro Missa, cum ornamentis violacei coloris.
9. Pelvicula cum ampullis vini et aquæ, et manutergium.

10. Campanula.
11. Ordo hebdomadæ sanctæ, vel missale pro epistola et evangelio.
12. Pelvis et urceus cum aqua pro lotionem manuum post distributionem palmarum, et manutergium.
13. Exemplaria huius Ordinis pro necessitate.

IN SACRISTIA :

14. Crux processionalis non velata et absque ramis palmarum.
 15. Thuribulum cum igne et navicula cum thure.
 16. Vas cum aqua benedicta et aspersorio.
 17. Candelabra deferenda in processione prope Crucem, et in Missa.
 18. Intortitia pro Elevatione in Missa.
 19. Tria legilia pro cantu Passionis.
 20. Cottæ (et, ubi opus sit, vestes) pro ministrantibus.
 21. Paramenta violacea pro Missa (subdiaconus utitur tunicella et diaconus dalmatica).
 22. Paramenta rubra pro benedictione et processione palmarum (subdiaconus utitur tunicella, diaconus dalmatica, celebrans pluviali).
 23. Paramenta (amictus, alba, cingulum, stola) violacea pro tribus cantoribus Passionis.
- Crux super altare erit velata velo violaceo.*
- Si opus sit aquam benedicere ante Missam, et benedictio fit ab ipso Missæ celebrante, tunc induitur stola rubra, non violacea.*
- Si habeatur alia ecclesia, vel alius locus aptus in quo fiat ramorum benedictio et distributio, loca pro fratribus et omnia quæ necessaria sunt ad ramorum benedictionem ibi parentur.*

PRÆNOTANDA


1. Solemnis ramorum benedictio et processio cum subsequenti Missa fiant mane, hora consueta Missæ principalis, in choro post Tertiam, omissis antiphona *Veni, Sancte Spiritus*, et aspersione aquæ benedictæ.
2. In ecclesiis autem ubi Missæ vespertinæ cum magno populi concursu celebrari solent, Ordinarius loci, ramorum benedictionem et processionem cum subsequenti Missa horis vespertinis, si vera pastoralis ratio intercedat, permittere poterit, ea tamen lege ut benedictio et processio matutinis horis in iisdem ecclesiis locum non habeant.
3. Sola ramorum benedictio, absque subsequenti processione et Missa, celebrari non licet. Processio nequit omitti : etsi si brevis est, et tandem, etiam si intra ecclesiam enodetur, fieri debet, cum sit de essentia ritus huius diei. Ideoque ubi impossibilis sit processio, neque benedictio palmarum fieri debet.
4. Benedictio ramorum in altera ecclesia fieri potest e qua ad ecclesiam principalem processionaliter accedatur pro Missæ celebratione. Ubi vero hæc altera ecclesia non habeatur, ramorum benedictio in aliquo convenienti loco fieri potest, imo etiam sub divo, ante ædiculam sacram, vel ante ipsam crucem processionalem, dummodo processio inde sequatur ad ecclesiam pro Missæ celebratione.
5. Cum vix omnes fideles benedictioni ramorum interesse possint, curent ecclesiarum rectores, ut rami benedicti in sacristia vel alio apto loco præsto sint, fidelibus qui processioni non interfuerunt, distribuendi.
6. Adhibeantur rami palmarum seu olivarum, vel aliarum arborum. Hi rami, secundum locorum varios usus, vel ab ipsis fidelibus parentur et in ecclesiam afferuntur; vel, benedictione peracta, fidelibus distribuuntur.
7. Rami, etiam pro fidelibus, nisi ab ipsis in manibus teneantur, parentur super abacum, tobalea alba coopertum, et positum in opportuniore loco, ita tamen ut maneat in conspectu fratrum et populi.
8. Color paramentorum est rubeus.

9. Celebrans induitur amictu, alba, cingulo, stola et pluviali; ministri sacri amictu, alba, cingulo, subdiaconus insuper tunicella, diaconus stola et dalmatica.

[9 a. Celebrans induitur amictu, alba, cingulo, stola et pluviali, vel manet sine casula.]

DE BENEDICTIONE RAMORUM

10. Omnibus rite dispositis, celebrans, cum ministris sacris [seu ministrantibus], facta altari debita reverentia, sistit retro abacum, versus fratres et populum et, manibus iunctis, benedicit ramos, dicens, in tono simplici orationis :

A  DIUTORI-UM nostrum in nómi-ne Dómi-ni.

Cui omnes respondent :

Ry. Qui fecit cælum et terram.

Ÿ. Sit nomen Dómini benedictum.

Ry. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Ÿ. Dóminus vobiscum.

Ry. Et cum spiritu tuo.

11. In sequenti oratione celebrans dicat, prout qualitati ramorum congruit, hos palmárum ramos, vel hos olivárum ramos, vel hos árborum ramos, vel hos palmárum et olivárum ramos, aut hos palmárum (olivárum) et aliárum árborum ramos.

Orémus.

Oratio

Bene ✠ dic, quæsumus, Dómine, hos palmárum (seu olivárum aut aliárum árborum) ramos : † et præsta; ut, quod pópulus tuus in tui veneratióne hodiérno die corporáliter agit, hoc spirituáliter summa devotióne perficiat, * de hoste victóriam reportádo et opus misericórdiæ summópere diligéndo. Per Christum Dóminum nostrum. Ry. Amen.

12. Tunc celebrans primum ter aspergit ramos, super abacum positos, postea, ad cancellos, ramos fidelium, ubi ipsi, ut dictum

est, ramos iam in manibus portant, nisi placuerit horum aspersionem facere transeundo per aulam ecclesiæ.

13. Deinde celebrans ponit incensum in thuribulum, more solito, et primum ter adolet ramos benedictos, super abacum positos, postea, ad cancellos, vel transeundo per aulam ecclesiæ, incensat ramos fidelium.

Ministri sacri [vel ministrantes] celebrantem comitantur, tam in aspersione, quam in incensatione ramorum, fimbriam pluvialis tenentes.

DE DISTRIBUTIONE RAMORUM



14. Completa benedictione, fit ramorum distributio, secundum eorum consuetudinem.

15. Unus ex ministrantibus accipit e mensa ramum pro celebrante et collocat super credentiam, ut illum celebranti præbeat cum processio.

16. Itaque celebrans, stans in predella altaris, versus populum, accipit ramos a ministrantibus, dat ramos benedictos primum omnibus fratribus per ordinem, deinde ministrantibus. Postea idem celebrans, vel sacrista aut alii, ad cancellos distribuunt fratribus. Nihil impedit quominus, secundum antiquam consuetudinem, distributio palmarum omnibus fiat per ministrantes vel alios; quo in casu celebrans cum ministris, stant in loco ubi benedictio peracta est, versus populum et iunctis manibus.

17. Et cum inceperit distribuere, cantantur sequentes antiphonæ et psalmi, hoc modo :

1 Antiphona I f

I  U- e- ri Hebræ- ó- rum, * portántes ramos o- li- vá-  rum obvi- a- vé- runt Dómi- no, clamán- tes et di- cén- tes :

« Ho- sanna in excél- sis ».

Psalmus 23, 1-2 et 7-10

D Omi-ni est terra, et ple-ni-tú- do e- ius : * or-
 bis terrá-rum et u-ni-vér-si qui há-bi-tant in e- o.
 Flexa : prínci-pes ve- stras, † 2. Qui- a...

2. Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flúmina præparávit eum.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

7. Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit rex glóriæ.

8. Quis est iste rex glóriæ? † Dóminus fortis et potens : * Dóminus potens in prælio.

Et repetitur antiphona Púeri, ut supra.

9. Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit rex glóriæ.

10. Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

11. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

12. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

2 Antiphona I f

P U- e- ri Hebræ- ó-rum * vestiménta prosterné- bant in

vi- a, et clamá- bant di- cén- tes : « Ho- sán- na fi- li- o Da- vid :
 be- ne- díctus qui ve- nit in nó- mi- ne Dó- mi- ni ».

Psalmus 46

O - mnes gentes, pláudi- te má- ni- bus : * iu- bi- lá- te

De- o in vo- ce exsul- ti- ó- nis : 2. Quó- ni- am...

2. Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis, * rex magnus super omnem terram.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

3. Subiécit pópulos nobis : * et gentes sub pédibus nostris.

4. Elégit nobis hereditátem suam : * spéciem Iacob, quam diléxit.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

5. Ascéndit Deus in iúbilo : * et Dóminus in voce tubæ.

6. Psállite Deo nostro, psállite : * psállite regi nostro, psállite.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

7. Quóniam rex omnis terræ Deus : * psállite sapiénter.

8. Regnábit Deus super gentes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

9. Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham : * quóniam dii fortes terræ veheménter eleváti sunt.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

10. Glória Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

11. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

Quæ si non sufficiant, repetantur quousque distributio finiatur; si autem finiatur prius, clauditur cum Glória Patri, et repetitur antiphona.

DE LECTIONE EVANGELICA

18. Ramorum distributione peracta, et abaco remoto, celebrans et ministri pergunt ad sedilia et ibi stant. Celebrans lavat manus, nihil dicens; deinde ponit incensum in thuribulum, more solito. Diaconus accipit librum evangeliorum, et genuflexus ante celebrantem petit benedictionem, et fiunt omnia ut in Missa quando evangelium decantandum est. Celebrans stans ad sedile, auscultat, manibus iunctis; ceteri omnes, exceptis ministris, in manibus ramos tenent.

[18 a. Celebrans, stans ad sedile, manus lavat nihil dicens; deinde (ponit incensum in thuribulum), accepto libro evangeliorum, cum ministrantibus accedit ad altare, ibique super infirum gradum genuflexus et inclinatus, dicit submissa voce, Iube, Dómine, benedicere et Dóminus sit in corde meo, etc. ut in Missa. Postea surgit, et facta debita reverentia altari, accedit ad latus evangelii, in plano, librum super legile deponit (atque incensat), et cantat vel legit evangelium.]

Ÿ. Dóminus vobíscum.

Ry. Et cum spiritu tuo.

+ Sequéntia sancti Evangelii secúndum Matthæum.

Ry. Glória tibi, Dómine.

Matth. 21, 1-9

IN illo témpore : Cum appropinquasset Iesus Ierosólymis, et venisset Bétphage ad montem Olivéti : tunc misit duos discipulos suos, dicens eis : « Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim inveniétis ásinam alligátam, et pullum cum ea : sólvite, et addúcite mihi : et si quis vobis áliquid dixerit, dicite quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimittet eos ». Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur quod dictum est per prophétam, dicéntem : Dicite filiæ Sion : Ecce Rex tuus venit tibi mansuétus; sedens super ásinam et pullum, filium subiugális. Eúntes autem

discípuli, fecerunt sicut præcépit illis Iesus. Et adduxerunt ásinam et pullum : et imposuerunt super eos vestiméta sua, et cum désuper sedere fecerunt. Plúrima autem turba straverunt vestiméta sua in via : álii autem cædebant ramos de arbóribus, et sternébant in via : turbæ autem, quæ præcedébant, et quæ sequebántur, clamábant, dicéntes : « Hosánna filio David : benedictus qui venit in nómine Dómini ».

19. *Evangelio finito, subdiaconus defert librum osculandum celebranti, qui non incensatur a diacono.*

20. *Deinde, si opportunum videtur, sermo fieri potest de evangelio et de præsenti festivitate.*

DE PROCESSIONE CUM RAMIS BENEDICTIS

21. *His peractis, celebrans ponit incensum in thuribulum cum benedictione. Deinde unus ex ministrantibus præbet celebranti ramum benedictum super credentiam asservatum; interim cantores intonant antiphonam Occúrrunt turbæ, quam omnes prosequentes ordinatur processio.*

Antiphona VIII

O C-cúrrunt turbæ * cum fló-ri-bus et palmis Redem-
ptó-ri óbvi-am : et victó-ri tri-umphánti digna dant obsé-
qui-a : Fí-li-um De-i o-re gentes prædi-cant : et in
laudem Chri-ti vo-ces to-nant per nú-bi-la : « Ho-sánna ».

22. Præcedit thuriferarius cum acolytho deferente aquam benedictam ad aspergenda loca per qua processio transitura est (quin autem aspergat in ipsa ecclesia); sequitur conventus iunioribus præcedentibus, et ultimo celebrans inter ministros, subdiacono librum deferente. Omnibus sic ordinatis, sistunt, et antiphona finita, portatur e sacristia (vel loco apto) sancta Crux processionalis. Portatur autem hoc modo :

Sancta Crux erit discooperta, quia in hac processione Christum repræsentat in medio populi sui, ipsique nullum ramum applicari debet. Defertur a crucifero medio inter duos ceroferarios cum candelabris accensis, qui sistunt ad conventum conversi, sancta Cruce ad conventum similiter conversa. Tum celebrans cum ministris ter genuflectendo salutant sanctam Crucem, dum celebrans semper altius dicit Ave, cui fratres similiter ter genuflectendo, respondent Rex noster, et post tertiam repetitionem, antiphonam proseguendo, incipit processio.

Antiphona I

A - ve, * Rex no- ster, Fi- li Da- vid, Red- ém-
ptor mun- di, quem prophætæ præ- di- xé- runt Salva- tó-
rem dómu- i Isra- òl esse ventú- rum. Te e-
nim ad sa- lu- tá- rem vícti- mam Pa- ter mi- sit in

mun- dum, quem exspe- ctá- bant omnes sancti ab
o- rí- gi- ne mun- di, et nunc : « Ho- sán-
na Fí- li- o Da- vid. Be- ne- díctus qui ve- nit in nómi- ne
Dó- mi- ni. Ho- sán- na in excélsis ».

23. In processione, primus sit acolythus cum aqua benedicta, deinde thuriferarius, thuribulum modeste movens; postea crucifer medius inter duos ceroferarios (et dum pergitur, imago Crucifixi ante respiciat, ut Christus quasi præire videatur); sequitur conventus, celebrans et ministri ordine supradicto, et post eos veniunt fideles, ramos benedictos manibus gestantes.

24. Processio dirigatur, si fieri potest, extra ecclesiam, per aliquam viam longiorem. Sicubi vero habeatur altera ecclesia, vel locus aptus, ubi ramorum benedictio commode peragi possit, nihil impedit, quominus benedictio eorum ibi fiat ut dictum est, et deinde processio pergat ad ecclesiam principalem.

25. Progrediente processione, cantari possunt antiphonæ sequentes, omnes, vel aliquæ, pro opportunitate.

1 Antiphona VII

Matth. 21, 9

H O- sánna * fí- li- o David : be- ne- dí- ctus qui

ve-nit in nó-mi-ne Dó-mi-ni. Rex Is-ra-ël:

Ho-sánna in excél-sis.

2 Antiphona VII

CUM ánge-lis * et pú-e-ris fi-dé-les inve-ni-á-mur, tri-umpha-tó-ri mortis clamántes: « Ho-sánna in excél-sis ».

3 Antiphona IV

Urba multa, * quæ convé-ne-rat ad di-em festum, clamá-bat Dó-mi-no: « Be-ne-díctus qui ve-nit in nó-mi-ne Dó-mi-ni: Ho-sánna in excél-sis ».

4 Antiphona I

Lucas 19, 37, et 38

Cepé-runt * omnes turbæ descendé-ti-um gau-dén-tes laudá-re De-um vo-ce magna, super ó-mni-bus quas ví-de-rant virtú-ti-bus, di-céntes: « Be-ne-díctus qui ve-nit Rex in nó-mi-ne Dó-mi-ni; pax in terra, et gló-ri-a in excélsis ».



5 Antiphona VIII G *

O-mnes * colláudant nomen tu-um, et di-cunt: « Be-ne-díctus qui ve-nit in nó-mi-ne Dó-mi-ni. Ho-sánna in excél-sis ».


Vel ad libitum :

5 Antiphona VIII G

O mnes * collaudant nomen tu- um, et di- cunt :






« Be- ne-díctus qui ve- nit in nó- mi- ne Dó- mi- ni. Ho-
sánna in ex- cé- l- sis ».



Psalmus 147

L auda, Ie- rú- sa- lem, Dó- mi- num : * lauda De- um
tu- um, Si- on. 2. Quóni- am...

2. Quóniam confortávit seras portárum tuárum : * benedíxit filiis tuis in te.

3. Qui pósuit fines tuos pacem : * et ádipe fruménti sátiat te.

4. Qui emíttit elóquium suum terræ : * velóciter currit sermo eius.

5. Qui dat nivem sicut lanam : * nébulam sicut cinerem spargit.

6. Mittit crýstallum suam sicut buccéllas : * ante faciém frígoris eius quis sustinébít?

7. Emíttet verbum suum, et liquefáciét ea : * flabit spíritus eius, et fluent aquæ.

8. Qui annúnciat verbum suum Iacob : * iustítias et iudícia sua Israël.

9. Non fecit táliter omni natióni : * et iudícia sua non manifestávit eis.





10. Glória Patri, et Fílio, * et Spíritui Sancto.

11. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Et repetitur antiphona Omnes collaudant. ut supra.

6 Antiphona VIII



F Ulgén- ti- bus palmis * prostérnimur adve-
ni- énti Dó- mi- no : hu- ic omnes occurrámus cum hym- nis
et cánti- cis, glo- ri- fi- cántes et di- céntes : « Be- ne- dí- ctus
Dó- mi- nus ».

7 Antiphona V

Ioan. 12, 12 et 13

C UM audis- set * pó- pu- lus, qui- a Ie- sus
ve- nit Ie- ro- só- lymam, acce- pé- runt ramos palmá-

rum : et ex- i- é- runt e- i ób- vi- am, et clamá-
 bant pú- e- ri, di- cén- tes : « Hic est, qui ventú- rus
 est in sa- lú- tem pópu- li. Hic est
 sa- lus nostra, et red- é- mpti- o Isra- òl.
 Quan- tus est i- ste, cu- i Thro- ni et Domi-
 na- ti- ó- nes occúr- runt ! No- li timé- re, fi- li- a Si- on : ecce
 Rex tu- us ve- nit ti- bi, se- dens super pullum á- si-
 næ, sic- ut scri- ptum est. Sal- ve, Rex, fabri-

cá- tor mun- di, qui ve- ní- sti red- i- me- re nos ».

8 Antiphona VIII

A N- te sex di- es * sol- é- mnis Paschæ,
 quando ve- nit Dómi- nus in ci- vi- tá- tem Ie- rú- sa-
 lem, occurré- runt e- i pú- e- ri : et in má- nibus por-
 tábant ramos palmá- rum, et clamábant vo- ce magna di- cén-
 tes : « Ho- sánna in excélsis : be- ne- dí-
 ctus qui ve- ní- sti in multi- tú- di- ne mi- se- ri- có- r- di- æ :
 Ho- sánna in excélsis ».

26. *Nihil impedit, quominus cantetur a fidelibus hymnus Christus vincit, vel alius cantus in honorem Christi Regis.*

27. *Perveniente processione ad valvas ecclesiae, ibidem cantores cantant hymnum Glória, laus, cum versibus sequentibus, stantes ante sanctam Crucem versus processionem; fratres autem et fideles omnes semper respondent Glória, laus.*

HYMNUS AD CHRISTUM REGEM

Chorus :

I
G

Ló-ri-a, laus et honor ti-bi sit, Rex Christe Red-




émptor, Cu-i pu-e-rí-le de-cus prompsit Ho-sánna pi-um.

Omnes : Glória, laus. ut supra.

Chorus :




1. Isra-ël es tu Rex, Da-ví-dis et íncli-ta pro-les,




Nómi-ne qui in Dómi-ni, Rex be-ne-dí-cte, ve-nis.

Omnes : Glória, laus. ut supra.

Chorus :




2. Cœtus in ex-cél-sis te laudat cœ-li-cus omnis, Et



mortá-lis ho-mo, et cuncta cre-á-ta simul.

Omnes : Glória, laus. ut supra.

Chorus :



3. Plebs Hebræe a ti-bi cum palmis óbvi-a ve-nit:




Cum pre-ce, vo-to, hymnis, ádsumus ecce ti-bi.

Omnes : Glória, laus. ut supra.

Chorus :




4. Hi ti-bi pas-sú-ro solvé-bant mú-ni-a laudis : Nos




ti-bi regnánti pángimus ecce me-lós.

Omnes : Glória, laus. ut supra.

Chorus :



5. Hi pla-cu-é-re ti-bi, plá-ce-at de-vó-ti-o nostra:



Rex bo-ne, Rex cle-mens, cui bo-na cuncta pla-cent.

Omnes : Glória, laus. ut supra.

28. Expleto hymno, vel saltem tribus primis versibus, processio intrat in ecclesiam, et dum celebrans per valvas ecclesiae transit, cantores incipiunt sequens responsorium, quod omnes prosequuntur.

Responsorium II

I Ngre-di- énte * Dó- mi- no in sanctam ci-
vi- tá- tem, Hebrae- ó- rum pú- e- ri re-surre-
cti- ó-nem Vi-tæ pro- nunti- án- tes, * Cum ramis pal-
má- rum : « Ho-sánna, clamá- bant, in ex- cël-
sis ». V. Cumque audisset pópu-lus, quod Ie-sus ve-ní-ret Ie-
ro-só-ly- mam, ex-i- é-runt ób- vi- am e- i.

* Cum ramis.

29. Cum ad altare pervenerit processio, crucifer et cæroferarii ad cornu evangelii se collocant, sancta Cruce ad fratres et populum conversa; fratres se retrahunt, celebrans et ministri procedunt et

tradito ministranti ramo benedicto, faciunt altari debitam reverentiam, et illud ascendunt. Deinde celebrans, stans medius inter ministros, versus conventum et populum, ministrante librum tenente, dicit, in tono simplici, orationem ad complendam processionem, manibus iunctis.

V. Dóminus vobiscum.

Omnes R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio

Domine Iesu Christe, Rex ac Redemptor noster, in cuius honorem, hos ramos gestantes, solennes laudes decantavimus: † concede propitius; ut, quocúmque hi rami deportati fuerint, ibi tuæ benedictionis grátia descendat, * et, quavis dæmonum iniquitate vel illusioné profligata, dextera tua protégat, quos redemit: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

DE STATIONE

30. Oratione finita, celebrans et ministri descendunt in planum et fit statio, quæ, si opportunum videbitur, præsertim in ecclesiis paræcialibus, omitti poterit.

Responsorium II

C Ol- le- gé- runt * ponti- fi-
ces et pha-risæ- i con- cí- li- um, et di-
cé- bant : Quid fá- ci- mus, qui- a hic ho- mo mul-
ta signa fá- cit? Si dimít- ti- mus e- um sic,

omnes cre- dent in e- um : * Ne forte vé-
ni- ant Romá- ni, et tol- lant nostrum
lo- cum, et gen- tem. V. Unus
au- tem ex il- lis, Cá- i- phas nómi- ne, cum esset
pónti- fex anni il- lí- us, prophe- tá- vit di-
cens : Expe- dit vo- bis, ut unus mo- ri- á- tur homo
pro pó- pu- lo, et non to- ta gens pér- e- at. Ab
il- lo ergo di- e co- gi- ta- vé-
runt interfi- ce- re e- um, di- cén- tes. * Ne forte, *ut supra.*

Finito responsorio, versicularii dicunt :

V. Eripe me de inimicis meis, Deus meus.

Ry. Et ab insurgentibus in me libera me.

Celebrans subiungit, in tono simplici :

Orémus.

Oratio

OMnipotens sempitérne Deus, qui humano géneri ad imitándum humilitátis exéplum, Salvatórem nostrum carnem súmere et crucem subire fecisti : † concéde propítius; * ut, et paciéntiæ ipsíus habére documénta, et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

Ry. Amen.

31. *Celebrans et ministri, præcedentibus crucifero et cæroferariis, debitam reverentiam altari exhibentes, ad sacristiam accedunt, et depositis paramentis rubeis assumunt, pro Missa, violacea. Interea conventus ingreditur chorum pro Introitu Missæ cantando.*

Aufertur pallium rubrum de altari et conopeum rubrum de tabernaculo, si adsint.

32. *Rami non tenentur manibus, dum in Missa historia Passionis Domini cantatur vel legitur.*

DE MISSA

Statio ad S. Ioannem in Laterano

1. *Color paramentorum est violaceus. Ministri sacri adhibent dalmaticam et tunicellam; quod servatur etiam feriis II, III et IV.*

2. *Ubi ante Missam facta fuerit benedictio et processio ramorum, celebrans cum ministris sacris [seu ministrantibus] accedit ad altare, et, omissis psalmo Iúdica me, Deus, ac confessione, statim ascendens, osculatur illud in medio, et incensat more solito. Ubi benedictio et processio ramorum locum non habuerit, Missa incipit more solito.*

3. Antiphona ad introitum VIII Ps. 21, 20, 22 et 2

DO-mi-ne, * ne longe fá-ci-as auxí-li-um
tu-um a me, ad de-fensi-ó-nem me-am
áspi-ce: lí-be-ra me de o-re le-ó-
nis, et a córni-bus u-ni-cornu-ó-rum hu-mí-li-
tá-tem me-am. Ps. De-us, De-us me-us, ré-spi-ce

in me, * qua-re me de-re-liquísti? longe a sa-lú-te me-a

verba de-lictó-rum me-ó-rum. *Repetitur: Dó-mi-ne. etc.*

I.
KY-ri-e * e-lé-i-son. *ijj.* Christe

e-lé-i-son. *ijj.* KÝ-ri-e e-lé-i-son. *ij.*

Ký-ri-e * **

e-lé-i-son.

4. *Hac die et per totam hebdomadam sanctam unica dicitur oratio, nulla admittitur commemoratio et prohibentur collectæ, quolibet titulo imperatæ.*

Ÿ. *et oratio in tono solemn.*

Ÿ. Dóminus vobíscum.

Ry. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio

OMnipotens sempitérne Deus, qui humano géneri, ad imitándum humilitátis exéplum, Salvatórem nostrum carnem súmere et crucem subire fecisti : * concéde propítius; ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúndem Dóminum.

5. Dum canitur epístola, celebrans stans ad locum suum, auscultat, et deinde legit de more graduale et tractum.

Lectio Epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses.

Phil. 2, 5-11.

FRatres : Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu : qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitrátus est esse se æquálem Deo : sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum : et donávit illi nomen, quod est super omne nomen : *hic genuflectitur* ut in nómine Iesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium et inférnórum : et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

6. Graduale

Ps. 72, 24 et 1-3

IV

T Enu- í-sti *ma- num déx-te- ram

me- am : in vo- luntá-te tu-

a de- du-xí- sti me : et cum gló-

ri- a as- sumpsí- sti me.

V. Quam bo- nus Isra- él

De- us re-

ctis cor- dé! me- i au-

tem pæ-ne mo- ti sunt pe-

des : pæne effú- si sunt gres- sus me-

i : qui- a ze- lá- vi in pec- ca- tó-

ri- bus pa- cem pec- ca- tó-

rum * vi- dens.


7. Tractus *Ps. 21, 2-9, 18, 19, 22, 24 et 32*

II
D E- us, * De- us
 me- us, réspi- ce in me : qua- re me de-
 re- li- quí- sti? *∇*. Lon- ge a
 sa- lú- te me- a ver- ba de- li-
 ctó- rum me- ó- rum. *∇*. De- us
 me- us, clamá- bo per di- em, nec exáu-
 di- es : in nocte, et non ad insi-
 pi- én- ti- am mi- hi. *∇*. Tu au-


tem in sancto há- bi- tas, laus Is-
 ra- òl. *∇*. In te spe- ravé- runt
 patres no- stri : spe- ra- vé- runt, et li-
 be- rásti e- os. *∇*. Ad te cla- mavé- runt,
 et sal- vi fa- cti sunt : in te spe- ra- vé-
 runt, et non sunt confú- si. *∇*. Ego
 au- tem sum vermis, et non ho-
 mo : oppró- bri- um hó- mi- num, et
 abiécti- o ple- bis. *∇*. Omnes, qui vi- dé-



bant me, asperna-bán- tur me :




locú-ti sunt lá- bi- is et mové-runt ca- put.



∇. Sperávit in Dó-mi- no, e-rí-pi- at e- um :



salvum fá-ci- at e- um, quó-ni- am vult e- um.



∇. Ipsi ve-ro consi-de-ravé-runt, et con-



spexé- runt me : di-vi-sé-runt si- bi ve-



stiménta me- a, et super vestem me- am mi-



sé-runt sortem. ∇. Lí-be-ra me




de o- re le- ó-



nis : et a cór-ni- bus u-ni-cornu- ó-



rum humi- li- tá-tem me- am. ∇. Qui timé-tis Dó-



mi- num, laudá-te e- um : u-nivér-



sum semen Ia- cob, magni- fi- cá-te e- um.




∇. Annunti- á-bi- tur Dó-mi- no ge-ne-rá-ti- o ven-



tú- ra : et annunti- ábunt cæ- li



iustí- ti- am e- ius. ∇. Pó-pu-



lo, qui nascé- tur, quem fe- cit * Dó- mi-



nus.

8. Absoluta lectione epistolæ, ponuntur in latere evangelii, in plano presbyterii, legilia nuda, et proceditur ad cantum vel lectionem historię passionis Domini, hoc modo :

Cantatur vel legitur a ministris saltem in ordine diaconatus constitutis, qui, induti amictu, alba, cingulo et stola violacei coloris, comitantibus duobus acolythis [vel ministrantibus] absque luminaribus et absque incenso, veniunt ante altare, ibique, super infimum gradum genuflexi, profunde inclinati, petunt a celebrante benedictionem, dicentes Iube, domne, benedicere. Celebrans ad eos versus, media voce respondet :

Dóminus sit in córdibus vestris, et in lábiis vestris, ut digne et competénter annuntiétis sanctum evangélium suum : in nómine Patris, et Filii, + et Spíritus Sancti. Et illi dicunt : Amen.


Postea una cum acolythis [seu ministrantibus] faciunt reverentiam, et accedunt ad legilia; non signant librum, nec seipsos, dum cantare vel legere incipiunt. Acolythis, diaconos comitantes, stant ad extremitatem cantorum manibus iunctis. Celebrans et ministri historiam passionis Domini auscultant, quin illam legant, stantes ad sedilia.

[Sacerdos, lecto graduali et tractu, dicit more solito, in medio altaris, Iube, Dómine et Dóminus sit in corde meo. Tunc, in latere evangelii, ad altare, legit vel cantat clara voce historiam passionis Domini, sed non signat librum, nec seipsum, dum legere vel cantare incipit. Tres diaconi possunt assumi ad canendam vel legendam historiam passionis. Si diaconi fuerint duo, hi possunt cantare vel legere partes chronistæ et synagogæ, partes Christi sustinente celebrante ad altare, ad latus evangelii, quin planetam dimittat.]


9. Hic modus cantandi vel legendi servatur etiam feria III et IV, quando historia passionis Domini cantatur vel legitur.

10. Evangelium passionis et mortis Domini secundum Matthæum. 26, 36-75; 27, 1-60.

P Assi- o Dómi-ni nostri Ie-su Christi se-cúndum



Matthæ- um. In il-lo témpo-re : Ve-nit Ie-sus cum discí-pu-



lis su- is in vil-lam, quæ dí-ci-tur Gethséma-ni, et di-xit di-



scí-pu- lis su- is : + Se-dé-te hic, do-nec vadam il-luc, et



o- rem. C. Et assúmpto Petro, et du- óbus fi- li- is Ze-be-



dæ- i, cœpit contristá-ri, et mœstus esse. Tunc a- it



il- lis : + Tristis est á-nima me- a usque ad mor-tem :




susti-né-te hic, et vi-gi-lá-te me-cum. C. Et prógréssus




pu-síl-lum, pró-ci-dit in fá-ci-em su-am, o-rans, et dí- cens :

+ Pa- ter mi, si possí-bi-le est, tránse- at a me ca-lix
i-ste. Ve-rúntamen non n-nt ego vo-lo, sed sic-ut
tu. C. Et ve-nit ad discí-pu-los su-os, et invé-nit e-os dor-
mi-éntes : et di- cit Pe-tro : + Sic non po-tu- ístis una
ho-ra vi-gi-lá-re me-cum? Vi-gi-lá-te, et o-rá-te, ut non in-
tré-tis in tenta-ti- ó-nem. Spí-ri-tus quidem promptus est,
ca-ro autem in- firma. C. I-te-rum se-cúndo á-bi- it, et
o-rá- vit, di- cens : + Pa- ter mi, si non pot-est hic
ca-lix transí-re, ni-si bi-bam il-lum, fi- at vo-lúntas tu- a.


C. Et ve-nit í-te-rum, et invé-nit e-os dormi-éntes : e-rant
e-nim ó-cu-li e- ó-rum gra-vá-ti. Et re-líctis il-lis, í-te-
rum á-bi- it, et o-rá- vit t-érti- o, e- úndem sermó-nem di-
cens. Tunc ve-nit ad discí-pu-los su-os, et di- cit il- lis :
+ Dormí-te iam, et requi- ésci-te : ecce appro-pinquávit
ho-ra, et Fí-li- us hó-mi-nis tra-dé-tur in ma-nus pecca-tó-
rum. Súrgi- te, e- ámus : ecce appro-pinquávit qui me
tra-det. C. Adhuc e- o loqu-ente, ecce Iu-das u-nus de du- ó-
de-cim ve-nit, et cum e- o turba multa cum glá-di- is, et fú-



sti-bus, missi a princí-pi-bus sa-cerdó-tum, et se-ni-ó-ri-bus
 pó-pu-li. Qui autem trá-di-dit e-um, de-dit il-lis signum di-
 cens : S. Quemcúmque oscu-lá-tus fú-e-ro, ipse est, te-né-
 te e-um. C. Et conféstim accé-dens ad Ie-sum, di-xit : S. Ave,
 Rabbi. C. Et oscu-lá-tus est e-um. Di-xitque il-li Ie-
 sus : + Amí-ce, ad quid ve-ni-sti? C. Tunc accessé-runt, et
 ma-nus inie-cé-runt in Ie-sum, et te-nu-é-runt e-um. Et ec-
 ce, u-nus ex his, qui e-rant cum Ie-su, exténdens ma-num,
 ex-émit glá-di-um su-um, et percú-ti-ens servum princí-pis



sa-cerdó-tum, ampu-tá-vit aurí-cu-lam e-ius. Tunc a-it il-
 li Ie-sus : + Convérte glá-di-um tu-um in lo-cum su-um.
 Omnes e-nim, qui accé-pe-rint glá-di-um, glá-di-o per-í-
 bunt. An pu-tas, qui-a non possum ro-gá-re Patrem me-um,
 et exhi-bé-bit mi-hi mo-do plus quam du-ó-de-cim le-gi-ó-
 nes Ange-ló-rum? Quó-mo-do ergo imple-búntur Scriptúræ,
 qui-a sic o-pórtet fi-e-ri? C. In il-la ho-ra di-xit Ie-sus
 turbis : + Tamquam ad latró-nem ex-ístis cum glá-di-is, et
 fústi-bus compre-hénde-re me : quo-tí-di-e a-pud vos se-dé-



bam do-cens in templo, et non me te-nu- f-stis. C. Hoc autem
 to-tum factum est, ut ad-imple-réntur Scriptú-ræ prophe-tá-
 rum. Tunc disci-pu-li omnes, re-licto e-o, fu-gé-runt. At
 il-li te-né-ntes Ie-sum, du-xé-runt ad Cá- ipham prínci-pem
 sa-cerdó-tum, u-bi scribæ, et se-ni- ó-res convé-ne-rant. Pe-
 trus autem sequebá-tur e-um a longe, usque in átri-um
 prínci-pis sa-cerdó-tum. Et ingressus intro, se-dé-bat cum
 mi-nístris, ut vi-dé-ret fi-nem. Prínci-pes autem sa-cerdó-tum,
 et omne concí-li-um, quæré-bant falsum testimó-ni-um con-




tra Ie-sum, ut e-um morti trá-de-rent: et non inve-né-runt,
 cum multi falsi testes accessís-sent. No-vís-sime autem ve-
 né-runt du-o falsi testes, et di-xé-runt: S. Hic di-xit: Pos-
 sum destrú-e-re templum De-i, et post trí-du-um re-ædi-
 fi-cá-re illud. C. Et surgens princeps sa-cerdó-tum, a-it
 il-li: S. Ni-hil respóndes ad e-a, quæ isti advérsum
 te testi-fi-cántur? C. Ie-sus autem tacé-bat. Et princeps sa-
 cerdó-tum a-it il-li: S. Adiú-ro te per De-um vi-vum, ut
 dí-cas no-bis, si tu es Christus Fí-li-us De-i. C. Di-cit

il-li Ie-sus : + Tu di-xi-sti. Ver-úm tamen di-co vo-
bis. ámo-do vi-dé-bi-tis Fí-li-um hómi-nis sedéntem a dex-
tris virtú-tis De-i, et ve-ni-éntem in nú-bi-bus cæ-li.
C. Tunc princeps sacer-dó-tum sci-dit vestimé-ta su-a, di-cens :
S. Blasphemávit : quid adhuc e-gémus tésti-bus? Ecce nunc
audístis blasphemí-am : quid vo-bis vi-dé-tur? C. At il-li
respondéntes dixé-runt : S. Re-us est mortis. C. Tunc expu-é-
runt in fá-ci-em e-ius, et có-laphis e-um ce-ci-dé-runt,
á-li-i autem palmas in fá-ci-em e-ius de-dé-runt, di-cén-


tes : S. Prophe-tí-za no-bis, Christe, quis est qui te percús-
sit? C. Petrus ve-ro se-débat fo-ris in átri-o : et accéssit
ad e-um una ancíl-la, di-cens : S. Et tu cum Ie-su Ga-li-
læ-o e-ras. C. At il-le negá-vit co-ram ómni-bus, di-cens :
S. Nésci-o quid di-cis. C. Exe-únte autem il-lo iá-nu-am,
vi-dit e-um á-li-a ancíl-la, et a-it his, qui e-rant i-bi :
S. Et hic e-rat cum Ie-su Na-za-ré-no. C. Et í-te-rum negá-
vit cum iu-ramé-to : Qui-a non no-vi hómi-nem. Et post pu-
síl-lum accessé-runt qui sta-bant, et di-xé-runt Petro :




S. Vere et tu ex il-lis es : nam et loqué-la tu-a ma-ni-
féstum te fa-cit. C. Tunc cœpit de-testá-ri, et iu-rá-re,
qui-a non no-visset hómi-nem. Et conti-nu-o gallus cantá-
vit. Et re-cordá-tus est Petrus verbi Ie-su, quod dí-xe-rat :
Pri-úsquam gallus cantet, ter me ne-gá-bis. Et egréssus fo-
ras, fle-vit amá-re. Ma-ne autem facto, consí-li-um in-i-é-
runt omnes prínci-pes sa-cerdó-tum, et se-ni-ó-res pó-pu-li
advérsus Ie-sum, ut e-um morti trá-de-rent. Et vinctum ad-
duxé-runt e-um, et tra-di-dé-runt Pónti-o Pi-lá-to práesi-di.



Tunc vi-dens Iu-das, qui e-um trá-di-dit, quod damná-tus es-
set; pæni-ténti-a ductus, ré-tu-lit tri-gínta argénte-os prin-
ci-pi-bus sa-cerdó-tum, et se-ni-ó-ri-bus, di-cens : S. Peccá-vi,
tra-dens sán-gui-nem iustum. C. At il-li di-xé-runt : S. Quid ad
nos? Tu ví-de-ris. C. Et pro-íctis argénte-is in templo,
re-céssit : et á-bi-ens, láque-o se suspéndit. Prínci-pes
autem sa-cerdó-tum, accéptis argénte-is, di-xé-runt : S. Non
li-cet e-os mítte-re in córbo-nam : qui-a pré-ti-um sán-gui-
nis est. C. Consí-li-o autem in-i-to, emé-runt ex il-lis



agrum fi-gu-li, in se-pultú-ram pe-regri-nó-rum. Propter hoc



vo-cá-tus est a-ger il-lé, Ha-céldama, hoc est, a-ger sán-gui-




nis, usque in ho-di-érnum di-em. Tunc implé-tum est, quod




dictum est per Ie-remí-am prophé-tam, di-céntem : Et acce-pé-




runt tri-gínta argénte-os pré-ti-um appre-ti-á-ti, quem




appre-ti-a-vé-runt a fi-li-is Isra-ël : et de-dé-runt e-os



in agrum fi-gu-li, sic-ut constí-tu-it mi-hi Dómi-nus. Ie-




sus autem ste-tit ante praési-dem, et interro-gá-vit e-um




praeses, di-cens : S. Tu es Rex Iudæ-ó-rum? C. Di-cit il-li



Ie-sus : + Tu di-cis. C. Et cum accu-sa-ré-tur a princí-pi-



bus sa-cerdó-tum, et se-ni-ó-ri-bus, ni-hil respóndit. Tunc di-



cit il-li Pi-lá-tus : S. Non audis quanta advérsum te di-cunt



testimó-ni-a? C. Et non respóndit e-i ad ullum verbum




i-ta ut mi-ra-ré-tur praeses ve-hemé-ter. Per di-em autem




sol-ém-nem consu-é-ve-rat praeses pó-pu-lo dimítte-re unum



vinctum, quem vo-lu-ís-sent. Ha-bé-bat autem tunc vinctum




insí-gnem, qui di-ce-bá-tur Ba-rá-bbas. Congre-gá-tis ergo



il-lis, di-xit Pi-lá-tus : S. Quem vultis dimít-tam vo-bis : Ba-



rábbam, an Ie-sum, qui dí-ci-tur Christus? C. Sci-ébat




e-nim quod per inví-di-am tra-di-dí-sent e-um. Sedénte




autem il-lo pro tri-buná-li, mi-sit ad e-um uxor e-ius, di-




cens : S. Ni-hil ti-bi et iusto il-li : multa e-nim passa sum




hó-di-e per vi-sum propter e-um. C. Prínci-pes autem sacer-



dó-tum, et se-ni-ó-res persua-sé-runt pópu-lis, ut pé-te-rent




Ba-rábbam, Ie-sum ve-ro pérde-rent. Respóndens autem præ-



ses a-it il-lis : S. Quem vultis vo-bis de du-ó-bus dí-mít-ti?



C. At il-li dí-xé-runt : S. Ba-rábbam. C. Dí-cit il-lis Pi-lá-tus :




S. Quid í-gi-tur fá-ci-am de Ie-su, qui dí-ci-tur Christus?




C. Dí-cunt omnes : S. Cru-ci-fi-gá-tur. C. A-it il-lis præsēs :




S. Quid e-nim ma-li fe-cit? C. At il-li ma-gis clamá-bant, dí-



céntes : S. Cru-ci-fi-gá-tur. C. Vi-dens autem Pi-lá-tus qui-a




ni-hil pro-fí-ce-ret, sed ma-gis tumúltus fí-e-ret : accépta




aqua, la-vit ma-nus co-ram pó-pu-lo, dí-cens : S. Inno-cens




e-go sum a sá-nguine iusti hu-ius : vos ví-dé-ri-tis. C. Et




respóndens u-ni-vérsus pó-pu-lus dí-xit : S. Sanguis e-ius su-per



nos, et su-per fí-li-os nostros. C. Tunc dí-mí-sit il-lis Ba-



rābbam : Ie-sum autem fla-gel-lā-tum trá-di-dit e- is, ut cru-
 ci- fi-ge-ré-tur. Tunc mí-li-tes prá-si-dis susci-pi- éntes Ie-sum
 in praetó-ri- um; congre-ga-vé-runt ad e- um u-ni-vérsam co-
 hórtem : et ex-u- éntes e- um, chlám-y-dem coccí-ne- am cir-
 cum-de-dé-runt e- i : et plecténtes co-ró-nam de spi-nis, po-
 su- é-runt super caput e- ius et a-rúndi-nem in dexte-ra
 e- ius. Et genu flexo ante e- um, illu-dé-bant e- i, di-cén-
 tes : S. Ave, Rex Iudæ-ó-rum. C. Et exspu- éntes in e- um,
 acce-pé-runt a-rúndi-nem, et percu-ti- ébant caput e- ius.



Et postquam illu-sé-runt e- i, exu- é-runt e- um chlám-y-
 de, et indu- é-runt e- um vestiméntis e- ius, et duxé-runt
 e- um ut cru- ci- fi-ge-rent. Exe- úntes autem, inve-né-
 runt hómi-nem Cy-renæ- um, nómi-ne Simó-nem : hunc an-
 ga-ri- avé-runt, ut tólle-ret cru-cem e- ius. Et vené-runt
 in lo-cum, qui dí-ci-tur Gólgo-tha, quod est Calvá-ri-æ
 locus. Et de-dé-runt e- i vi-num bí-be-re cum fel-le mix-
 tum. Et cum gustásset, nó-lu-it bí-be-re. Postquam autem cru-
 ci- fixé-runt e- um, di-vi-sé-runt vestiménta e- ius, sortem mit-




téntes : ut imple-ré-tur, quod dictum est per Prophé-tam, di-



céntem : Di-vi-sé-runt si-bi vestiménta me-a, et super ve-



stem me-am mi-sé-runt sortem. Et sedéntes, servábant e-um.



Et impo-su-é-runt super caput e-ius causam ipsí- us scriptam :



Hic est Ie-sus Rex Iudæ-ó-rum. Tunc cru-ci-fi-xi sunt cum



e-o du-o latrónes : unus a dextris, et unus a si-nístris.




Præter-e-úntes autem blasphemábant e-um, movéntes cá-pi-ta



su-a, et di-céntes : S. Vah, qui déstru-is templum De-i,




et in trí-du-o il-lud re-ædí-fi-cas : salva temet-ípsam.



Si Fí-li-us De-i es, descénde de cru-ce. C. Simí-li-ter



et prínci-pes sa-cerdó-tum il-ludéntes cum scri-bis et se-ni-ó-




ri-bus, di-cé-bant : S. A-li-os salvos fe-cit, se-ípsam non



po-test salvum fá-ce-re : si Rex Isra-él est, descéndat nunc



de cru-ce, et cré-dimus e-i : confí-dit in De-o : lí-be-ret



nunc, si vult e-um ; di-xit e-nim : Qui-a Fí-li-us De-i




sum. C. Id-ípsam autem et latró-nes, qui cru-ci-fi-xi e-rant




cum e-o, impro-pe-rábant e-i. A sexta autem ho-ra



té-nebræ factæ sunt super u-ni-vérsam terram usque ad



ho-ram nonam. Et circa ho-ram nonam clamá-vit Ie-sus vo-ce
 magna, di-cens : + E-li, E-li, lamma sabacthá-ni? C. Hoc
 est : + De-us me-us, De-us me-us, ut quid de-re-liquísti
 me? C. Quidam autem il-lic stantes, et audi-éntes, di-cé-
 bant : S. E-lí- am vo-cat iste. C. Et conti-nu-o currens unus
 ex e-is, accéptam spóngi- am implé-vit a-cé-to, et im-
 pó-su-it a-rúndi-ni, et dabat e- i bí-be-re. Cé-te-ri ve-ro
 di-cé-bant : S. Si-ne, vi-de- ámus an vé-ni- at E-lí- as
 lí-be-rans e- um. C. Ie-sus autem í-te-rum clamans vo-ce ma-
 gna, emí-sit spí-ri-tum.



Hic genuflectitur, et pausatur aliquantulum.
 Et ecce ve-lum templi scissum est in du-as partés a summo
 usque de-órsum : et terra mo-ta est, et petræ scissæ sunt,
 et monuménta apérta sunt : et multa córpo-ra sanctó-rum,
 qui dormí-e-rant, surrexé-runt. Et exe-úntes de monuméntis
 post re-surrecti-ó-nem e-ius, vené-runt in sanctam ci-vi-tá-tem,
 et appa-ru-é-runt multis. Centú-ri- o autem, et qui cum
 e- o e-rant, custo-di-éntes Ie-sum, vi-so terræ mó-tu et his,
 quæ fi-é-bant. timu-é-runt valde, di-céntes : S. Ve-re Fí-li- us
 De- i e-rat iste. C. E-rant autem i-bi mu-lí-e-res multæ



a longe, quæ se-cú-tæ e-rant Ie-sum a Ga-li-læ-a, mi-ni-



strántes e-i: inter quas e-rat Ma-rí-a Magda-lé-ne, et



Ma-rí-a, Ia-có-bi et Io-seph ma-ter, et ma-ter fi-li-ó-rum



Ze-bedæ-i. Cum autem se-ro factum esset, ve-nit qui-dam



homo di-ves ab A-rimathæ-a, nó-mi-ne Io-seph, qui et ipse




disci-pu-lus e-rat Ie-su. Hic accéssit ad Pi-lá-tum, et




pé-ti-it corpus Ie-su. Tunc Pi-lá-tus iussit reddi corpus.



Et accépto córpo-re, Io-seph invólvit il-lud in síndo-ne



munda. Et pó-su-it il-lud in mo-numénto su-o no-vo,



quod exci-de-rat in petra. Et advólvit saxum magnum ad



ostí-um mo-numénti, et áb-i-it.

Post cantum vel lectionem historię passionis Domini, celebrans non osculatur librum, nec incensatur; quod servatur etiam feria III, IV et VI, quando historia passionis Domini cantatur vel legitur.

11. *Qui hodie aliam, vel tertiam Missam lectam celebrat, non tenetur iterare lectionem passionis Domini, sed eius loco legit sequens evangelium, more consueto.*

+ Sequéntia sancti Evangéllii secúndum Matthæum

Matth. 27, 45-52


Postquam crucifixerunt Iesum, a sexta hora ténebræ factæ sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Iesus voce magna, dicens: «Eli, Eli, lamma sabachtháni?» Hoc est: «Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?» Quidam autem illic stantes, et audiéntes, dicébant: «Eliam vocat iste». Et contínuo currens unus ex eis, accéptam spóngiam implévit acéto, et impósuit arúndini, et dabat ei bibere. Céteri vero dicébant: «Sine, videámus an véniat Eliás liberans eum». Iesus autem íterum clamans voce magna, emísit spíritum. *Hic genuflectitur, et pausat aliquantulum.* Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deórsum: et terra mota est, et petræ scíssæ sunt, et monuménta apértasunt: et multa córpora sanctórum, qui dormierant, surrexérunt.



IV
C Re-do in u-num De-um, Patrem omni-pot-éntem,

factó-rem cæ-li et terræ, vi-si-bí-li- um ómni- um et in-
 vi-si-bí-li- um. Et in u-num Dómi-num Ie-sum Christum,
 Fí-li- um De- i u-ni-gé-ni- tum. Et ex Patre na- tum ante
 ómni- a sæcu- la. De- um de De- o; lumen de lúmi-
 ne, De- um ve- rum de De- o ve- ro. Gé-ni- tum, non factum,
 consubstanti- á-lem Patri : per quem ómni- a facta sunt.
 Qui propter nos hómi- nes et propter nostram sa- lú- tem descén-
Hic genuflectitur.
 dit de cæ- lis. Et incarná- tus est de Spí- ri- tu Sancto ex
 Ma- rí- a Vírgi- ne : Et homo factus est. Cru- ci- fi- xus ét- i- am


pro no- bis : sub Pónti- o Pi- lá- to passus, et se- púl- tus est.
 Et re- surré- xit térti- a di- e, se- cún- dum Scriptú- ras. Et
 ascéndit in caelum : se- det ad délixte- ram Patris. Et í- te-
 rum ventú- rus est cum gló- ri- a iu- dí- cá- re vi- vos et
 mórtu- os : cu- ius regni non e- rit fi- nis. Et in Spí- ri- tum
 Sanctum, Dómi- num et vi- vi- fi- cá- tem : qui ex Patre, Fi-
 li- ó- que pro- cé- dit. Qui cum Patre, et Fí- li- o símul ad-
 o- rá- tur, et conglo- ri- fi- cá- tur : qui lo- cú- tus est per Pro-
 phé- tas. Et u- nam, sanctam, cathó- li- cam et a- postó- li-
 cam Ecclé- si- am. Confí- te- or u- num baptísma in remis-




si- ó-nem pecca-tó-rum. Et exspécto re-surrecti- ó-nem mor-
tu- ó-rum. Et vi-tam ventú-ri sæ-cu-li. A- men.

13. Antiphona ad offertorium *Ps. 68, 21-22*

VIII
I



M- pro-pé-ri- um* exspectá- vit cor
me- um, et mi- sé- ri- am : et susti-
nu- i qui si- mul contrista- ré- tur, et non
fu- it : con- so-lán- tem me quæ- sí- vi, et
non invé- ni : et de- dé- runt
in e- scam me- am fel. et in si- ti me- a



po-ta- vé- runt me a- cé- to.

14.


Secreta

Concède, quæsumus, Dómine : ut óculis tuæ maiestátis munus
oblátum, et grátiam nobis devoti ónis obtíneat, et efféctum
beátæ perennitátis acquirat. Per Dóminum.


15.

Præfatio de sancta Cruce


P



ER ómni- a sæcu- la sæcu- ló- rum. R̄. Amen.




Ÿ. Dómi- nus vo- bís- cum. R̄. Et cum spi- ri- tu tu- o.



Ÿ. Sur- sum corda. R̄. Ha- bé- mus ad Dómi- num. Ÿ. Grá- ti- as
a- gá- mus Dómi- no De- o nostro. R̄. Dignum et iustum est.


V



E- re dignum et iustum est, æquum et sa- lu- tá-
re, nos ti- bi semper et u- bíque grá- ti- as á- gè- re :



Dómi-ne, sancte Pa-ter, omni-pot-ens æ-térne De-us : Qui
 sa-lú-tem humá-ni gé-ne-ris in ligno Cru-cis consti-tu-í-
 sti : ut, unde mors o-ri-e-bá-tur, inde vi-ta re-súrge-
 ret : et, qui in ligno vin-cé-bat, in ligno quoque vince-
 ré-tur : per Chri-stum Dó-mi-num nostrum. Per quem ma-íe-
 stá-tem tu-am laudant Ange-li, ad-ó-rant Domi-na-ti-ó-
 nes, tremunt Pot-está-tes. Cæ-li, cæ-lo-rúmque Virtú-tes,
 ac be-á-ta Sé-raphim, só-ci-a exsulta-ti-ó-ne concé-le-
 brant. Cum qui-bus et nostras vo-ces, ut admít-ti iú-be-as



depre-cámur, súppli-ci confessi-ó-ne di-cé-tes :

S An-ctus, * San-ctus San-ctus Dó-mi-nus De-us
 Sá-ba-oth. Ple-ni sunt cæ-li et ter-ra gló-ri-a
 tu-a. Ho-sánna in excél-sis. Be-ne-díctus qui
 ve-nit in nó-mi-ne Dó-mi-ni. Ho-sánna in excél-sis.
A -gnus De-i, * qui tol-lis peccá-ta mundi : mi-
 se-ré-re no-bis. Agnus De-i, * qui tol-lis peccá-ta
 mundi : mi-se-ré-re no-bis. Agnus De-i, * qui tol-lis
 peccá-ta mundi : do-na no-bis pa-cem.

16. Antiphona ad communionem *Matth. 26, 42*

VIII
P A- ter, * si non pot-est hic ca- lix transí-re, ni-si

bi-bam il- lum fi- at vo-lúntas tu- a.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

17. Orémus

Postcommunio

PER huius, Dómine, operatiónem mystérii : * et vítia nostra purgéntur, et iusta desidéria compleántur. Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

IV
I - te, mis-sa est.

℞. De- o grá- ti- as.

18. *Celebrans, dicto Pláceat, dat benedictionem more solito, ceterisque omissis, omnes revertuntur in sacristiam.*

In ceteris Missis, sine benedictione ramorum, legitur in fine evangelium Cum appropinquáset Iesus, ut supra in benedictione ramorum, n. 18, pag. 22.

FERIA QUINTA

IN CENA DOMINI

Omnia ut in OST, pag. 19-108, et insuper :

Pag. 19, post verba : ... Horæ dicuntur congruo tempore, ut in Breviario, adde : servatis novissimis rubricis.

In altari maiore paratur crux tecta velo violacei coloris inter sex candelabra, absque alia ornamenta.

Tabernaculum, si quod exstat, sit omnino vacuum.

Ante altare, in plano, ad cornu epistolæ, paratur candelabrum triangulare cum quindecim candelis.

Pag. 73-74 : rubricæ ante antiphonam ad introitum, sic ordinantur :

DE REBUS PRÆPARANDIS

1. Altare maius solemniter ornatur, et pallium, si adhibeatur, sit albi coloris.

2. Tabernaculum, si quod exstat, sit omnino vacuum.

3. Crux tecta velo albi coloris inter sex candelabra.

4. Super altare, in latere epistolæ, Missale super pulvino albo, sive legili.

5. Ad latus epistolæ, in plano, sedilia pro ministris et ministrantibus.

IN CREDENTIALIA :

6. Calix pro Missa, cum ornamentis albi coloris.

7. Pyxis, vel pyxides, cum particulis pro fratribus et populo communicandis hodie et crastino die.

8. Pelvicula cum ampullis vini et aquæ, et manutergium.
9. Campanulæ ad *Glória in excelsis* pulsandæ, et crotalum ad *Sanctus* et elevationem pulsandum.
10. Mappa oblonga extendenda ante communicandos.
11. Velum humerale albi coloris.
12. Pelvis et urceus cum aqua ad lotionem pedum.
13. Lintea ad pedes abstergendos.
14. Linteum quo celebrans præcingitur, pro lotionem pedum.
15. Pelvis et urceus cum aqua pro lotionem manuum celebrantis post lotionem pedum.
16. Manutergium.
17. *Extra cancellos* paratur baldachinum hastatum vel umbella albi coloris pro processione.

IN SACRISTIA :

18. Stolæ albi coloris pro sacerdotibus et diaconis.
19. Cottæ (et ubi opus sit, vestes) pro ministrantibus.
20. Paramenta albi coloris pro Missa.
21. Pluviale album.
22. Stola violacea.
23. Thuribulum cum igne et navicula cum thure. Aliud thuribulum cum igne et alia navicula cum thure, si adsunt, pro processione.
24. Crux processionalis, velo violaceo cooperta.
25. Candelabra deferenda in Missa et in processione.
26. Candelæ deferendæ a fratribus in processione.

IN SACELLO PRO REPOSITIONE SACRAMENTI :

27. Locus ipse ab altari maiore distinctus, decenter, quoad fieri potest, velis pretiosis, non tamen nigris, luminaribus et floribus ornatus, sine reliquiis et imaginibus sanctorum. Servatis Sacræ Rituum Congregationis decretis de vitandis vel tollendis abusibus in hoc loco parando, plane commendatur severitas quæ liturgiæ horum dierum convenit.
28. Super altare, loco apto et commode adeundo, tabernaculum vel capsula elegans, clave firmata, pro pyxide reponenda, et intra tabernaculum vel capsam, corporale stratum.

29. Corporale super altare.
30. Scabellum, si opus sit, pro repositione Sacramenti.

ANTE ALTARE, VEL IN AULA ECCLESIÆ, CORAM POPULO :

31. Duodecim sedilia, hinc inde disposita, pro fratribus vel viris quibus pedes lavandi sunt.

LOCO OPPORTUNO, EXTRA ECCLESIAM :

32. Tabernaculum ad reponendam pyxidem vel pyxides, ante altarium denudationem, si opus sit; corporale super mensam explicatum et lampas, suo tempore accendenda.

PRÆNOTANDA

1. Missa in Cena Domini litanda est vespere, hora magis opportuna, non autem ante horam quartam post meridiem, nec post horam nonam.

2. Ubi ratio pastoralis id postulet, loci Ordinarius, præter Missam principalem in Cena Domini, unam vel etiam alteram Missam lectam permittere poterit in singulis ecclesiis vel oratoriis publicis; in oratoriis autem semipublicis unam tantum.

Si autem quacumque de causa, Missa principalis in Cena Domini ne ritu quidem simplici celebrari possit, Ordinarius loci, ratione pastoralis, binas Missas lectas permittere poterit in ecclesiis vel oratoriis publicis litandas, unam vero tantum in oratoriis semipublicis.

Hæ Missæ lectæ infra idem temporis spatium celebrari debent quod supra, n. 1, pro Missa in Cena Domini assignatum est.

3. Valde convenit ut in Missis quoque lectis supra recensitis, celebrans post evangelium, fideles breviter alloquatur de potissimis huius diei mysteriis.

4. Salvis supradictis, n. 2, hac die, Missæ lectæ celebratione interdicta, omnes sacerdotes sacris in Cena Domini intersint, quos expedit ad sacram mensam accedere.

5. Quoad ieiunium eucharisticum servantur normæ vigentes.

6. Feria V in Cena Domini sacram Communionem fidelibus distribuere licet tantum in Missa principali in Cena Domini et in omnibus aliis Missis lectis quas Ordinarius loci permiserit, vel continuo ac statim ab iis expletis.

7. Infirmis sacra Communio hac die deferri licet, horis ante et post meridianis.

8. Sacerdotibus, qui curam duarum vel plurium habent parochiarum, Ordinarius loci permittere potest binationem Missæ in Cena Domini.

9. Quoad campanarum publicarum pulsationem, adeatur Ordinarius loci.

10. Ubi deest copia clericorum et sacerdotum, Missa celebratur secundum consuetum ritum Missæ in cantu, servatis servandis; et permittitur incensatio altaris, ut in Missa solemnibus.

11. Ubi hac feria post Missam in Cena Domini, etiam in forma simplici celebratam, translatio et repositio habeatur Ss. Sacramenti, stricte requiritur ut in eadem ecclesia vel oratorio, Actio quoque liturgica postmeridiana feriae VI in Passione et Morte Domini locum habeat.

12. Celebrans et ministri induunt vestes sacras albi coloris, ut in Missa moris est; fratres vero induunt cappas albas, sacerdotes et diaconi insuper accipiunt stolam albi coloris.

DE MISSA

Omnibus sic paratis, in sacristia vel loco apto, ordinatur processio more solito et proceditur per ecclesiam ad altare, et interim cantatur antiphona ad introitum.


VERSUS AD LIBITUM



2. Ut cognoscámus in terra vi- am tu- am : * in ómni- bus



génti-bus sa-lu-tá-re tu- um. Nos au- tem.



3. Confi-te- ántur ti-bi pó-pu-li, De- us : * confi-te- ántur ti-bi



pópu- li omnes. Nos au- tem.

In Missis lectis, quæ iuxta supra dicta ab Ordinario loci celebrari permittuntur, et quas non sequitur sollemnis repositio Ssmi Sacramenti, dicitur Ite, missa est, et terminatur more solito.

Pag. 101, loco sex primarum linearum, lege :

DE ALTARIUM DENUDATIONE

Celebrans incipit clara voce sequentem antiphonam, quam omnes prosequuntur :

*Antiphona, Ps. 21, 19. Diviserunt sibi * vestimenta mea : et super vestem meam miserunt sortem.*

Deinde cantores incipiunt psalmum, quem omnes prosequuntur, vel secundo quoque versu interponunt supradictam antiphonam, prout necessitas postulaverit.

Interim celebrans cum ministris [vel ministrantibus] ascendit altare, quod denudat, amovendo tobaleam superiorem et alias.

Ministrantes recipiunt tobaleas, et amovent ab altari vasa florum, pallium, tapete, etc. adeo ut in altari non remaneant nisi crux et candelabra cum candelis extinctis. Si tamen hæc statim commode fieri nequeunt, fient postea, denudata saltem, in cæremonia, maiore parte mensæ altaris. Denudato altare maiore, procedant ad denudationem reliquorum altarium, si plura adsint, excepto tamen altari repositionis. Candelabra et crux non sunt removenda.

Pag. 102, post : Et omnes cum silentio recedunt, adde :

Sacrista amovet a cruce altaris maioris velum albi coloris, aptatque illi consuetum velum violaceum.

Pag. 103. Omissis versibus Ioannis 13, 1-15, incipitur absolute a versu 16 : Amen, amen...

Pag. 108, in fine, adde :

Expleto Completorio, sacrista amovet ab altari maiore et aliis altaribus, crucem et candelabra, ita ut altaria, excepto altare repositionis, omnino denudata sint, etiam durante officio Matutini et Laudum. Ponitur utique pro Matutino candelabrum triangulare loco consueto.

FERIA SEXTA

IN PASSIONE ET MORTE DOMINI

Omnia ut in OST, pag. 109-200, præter sequentia :

Pag. 150-151 rubricæ sic ordinantur :

DE REBUS PRÆPARANDIS

1. Altare sit omnino nudum : sine cruce, sine tobaleis, sine candelabris.
2. Basis vel aliquid aptum pro cruce super altare collocanda post adorationem.

IN CREDENTIA :

3. Tobalea unica plicata, pro altari. Tobalea oblonga pro communione.
4. Pulvinus niger, vel legile cum Missali vel Ordinè hoc.
5. Bursa violacea cum corporali.
6. Vasculum cum aqua et purificatorio.

AD LATUS EPISTOLÆ :

7. Sedilia pro ministris et ministrantibus.
8. Pluviale, dalmatica et tunicella nigri coloris.
9. Legile nudum pro lectionibus, cum Ordine vel Missali.

IN SACELLO REPOSITIONIS :

10. Corporale stratum super altare.
11. Super altare duo candelabra cum cereis facile accendendis et gestanda in translatione Sacramenti ad altare maius.
12. Velum humerale album.
13. Scabellum gradatum, si necessarium sit.
14. Clavis tabernaculi seu capsæ.

IN SACRISTIA :

15. Stolæ violacei coloris pro communione sacerdotum et diaconorum.
16. Cottæ (et ubi opus sit, vestes) pro ministrantibus.
17. Amictus, alba, cingulum et stola nigri coloris, pro celebrante, diacono, tribus diaconibus qui historiam Passionis cantant, pro sacerdote et diacono qui deferunt sanctam Crucem. Amictus, alba et cingulum pro duobus subdiaconibus.
18. Paramenta violacea, scilicet : stola et planeta pro celebrante, stola et dalmatica pro diacono, tunicella pro subdiacono.
19. Tria legilia pro cantu historię Passionis.
20. Crux satis magna, cum Crucifixo, velo violaceo oblecto, quod facile amoveri possit.
21. Duo candelabra prope Crucem gestanda, similia candelabris altaris repositionis.
22. Tapetum, cussinum et pannus violaceus sericus et aurifrigiatus pro adoratione sanctę Crucis.

PRÆNOTANDA

1. Feria VI in Passione et Morte Domini solemnitas Actio liturgica celebratur horis postmeridianis, et quidem circa horam tertiam; si vero ratio pastoralis id suadeat, inchoari potest inde a meridie, vel tardiori hora, non autem ultra horam nonam serotinam.
2. Sacerdotibus, qui curam duarum vel plurium habeant parœciarum, Ordinarius loci permittere potest repetitionem Actionis liturgicę ferię VI in Passione et Morte Domini, non tamen in eadem parœcia, et infra idem temporis spatium quod supra, n. 1, pro absolute eiusdem Actionis statutum est.

3. Si prævideatur adorationem sanctę Crucis, prouti suo loco describitur, ob ingentem populi concursum, vix aut non sine boni ordinis et devotionis detrimento peragi posse, tunc cæremonia hoc modo peragatur : Celebrans, postquam fratres adorationem expleverint, sanctam Crucem sumat et in summitate graduum altaris consistens, paucis verbis populum ad sanctę Crucis adorationem invitet eamque altius elevatam teneat, per breve tempus a fidelibus in silentio adorandam.

4. Hac die sacra Communio distribui potest unice inter solemnem Actionem liturgicam postmeridianam, exceptis in periculo mortis constitutis.

5. Solemnitas Actio liturgica postmeridiana hujus ferię peragitur ut infra notatur; at ubi deest copia clericorum et sacerdotum, solemnitas adoratio sanctę Crucis potest peragi sequenti modo : Depositis pluviale, dalmatica et tunicella, celebrans et subdiaconus remanent ad sedilia (et discalceati si moris est), diaconus adit sacristiam, ex qua (discalceatus si moris est) affert sanctam Crucem, medius inter duos acolythos candelabra accensa gestantes. Cum presbyterium diaconus ingressus fuerit, celebrans et subdiaconus ipsi obviam veniunt, et in medio, ante altare, celebrans sanctam Crucem accipit, et deinde celebrans et diaconus faciunt omnia ut dicitur suo loco de duobus sacerdotibus; subdiaconus ad cornu evangelii de more se collocat et, adiuvantibus aliquibus cantoribus, cantat *Agios, ho Theos*.

6. Ubi autem subdiaconus, vel etiam diaconus, desunt, solemnitas Actio liturgica peragitur a celebrante cum assistentia ministrantium, ut suis locis notatur.

7. Ante sanctę Crucis detectionem, altari non genuflectitur, sed fit tantum inclinatio ab omnibus; post sanctę Crucis detectionem vero usque ad Vigiliam paschalem exclusive, ante Crucem altaris fit ab omnibus genuflexio.

8. Celebrans et diaconus, amictu, alba et cingulo induti, sumunt stolam nigram; subdiaconus accipit amictum, albam et cingulum.

Pag. 154 et seq. : Levate, dicitur a diacono.

Pag. 185, mutatur oratio pro conversione Iudæorum, sequenti modo :


8. PRO CONVERSIONE IUDÆORUM

O —————

- rémus et pro Iudæ- is : ut De- us et Dómi-



nus noster áufe-rat ve-lámen de córdibus e-órum; ut



et ipsi agnóscant Ie-sum Christum Dómi-num nostrum.

Diaconus

Diaconus



O-rémus. Flectámus génu-a. Le-vá-te.

OMnipotens sempitérne Deus, qui Iudæos étiam a tua mise-ricórdia non repéllis : * exáudi preces nostras, quas pro illíus pópuli obcæcacióné deférimus; ut, ágnita veritátis tuæ luce, quæ Christus est, a suis ténebris eruántur. Per eúndem Dóminum. *Omnes Rj. Amen.*

Pag. 199, ad communionem, corrige : Indulgéntiam, absolu-tiónem, et remissionem ómnium peccatórum vestrórum tríbuat vobis...

Si multitudo fidelium ad sacram mensam accedentium magna sit, alii quoque sacerdotes, cotta et stola violacei coloris induti, vel una cum celebrante ad cancellos, vel alio loco apto, communionem distribuere possunt, cauto tamen ut bono ordini ac devotioni fidelium sedulo provideatur.

Si alia pyxis, vel aliæ pyxides pro fidelium communione ad altare e loco reservationis afferri necesse sit, eas deferat alius sacerdos vel diaconus cotta et stola violacea indutus, vel ipse celebrans, comitantibus duobus ministrantibus cum cereis accensis et alio cum umbella.

SABBATO SANCTO

Omnia ut in OST, pag. 201-293, præter sequentia :

Pag. 233, v. 8 : suscipiéntes, lege : suspiciéntes.

Pag. 243, rubricæ sic ordinantur :

DE REBUS PRÆPARANDIS

IN LOCO BENEDICTIONIS IGNIS :

1. Tripes cum foculo, in quo carbones accendantur; et forcipes ferreæ.

(Dalmatica albi coloris cum stola, si non adest alter diaconus.)

(Si non adest sufficiens numerus ministrantium, tum paratur mensa cooperta mantili albo, et super eam parantur omnia neces-saria ad benedicendum ignem et cereum paschalem.)

IN ALTARI MAIORE :

2. Tres tobaleæ.

3. Crux et candelabra festiva.

4. Si moris est, duplex pallium, violaceum super album.

5. Tabernaculum vacuum et apertum.

IN PRESBYTERIO :

6. In medio, parvum sustentaculum pro cereo paschali.

7. Legile pro præconio paschali, velo albo coopertum, et Ordo.

8. In loco opportuno, legile pro lectionibus, et Ordo.

9. In latere evangelii, magnum candelabrum pro cereo.

10. In latere epistolæ, sedilia pro ministris et ministrantibus.

IN CREDENTIA :

11. Pulvinus albus vel legile, et Missale seu Ordo.
12. Calix cum ornamentis albi coloris.
13. Pyxis cum particulis consecrandis.
14. Pelvicula cum ampullis vini et aquæ et manutergium.
15. Campanulæ ad *Glória in excelsis* pulsandæ si adsit consuetudo.
16. Stola et pluviale albi coloris.

IN SACRISTIA :

17. Cottæ (et ubi opus sit, vestes) pro ministrantibus.
18. Amictus, alba, cingulum, pro ministris; insuper : pluviale cum stola, dalmatica cum stola et tunicella violacei coloris.
19. Amictus, alba, cingulum, stola et dalmatica albi coloris (si non adest alter diaconus, stola et dalmatica parantur prope ignem benedicendum).
20. Paramenta albi coloris pro Missa.
21. Crux processionalis.
22. Cereus paschalis, in quo signa, a celebrante stylo incidenda, coloribus vel alio modo antea præparari possunt.
23. Candelæ pro omnibus.
24. Bacile cum quinque granis incensi pro cereo et stylus.
25. Vas aquæ benedictæ cum aspersorio.
26. Thuribulum absque igne et navicula cum thure.
27. Parva candela ad cereum paschale accendendum.
28. Ordo vel Missale.
29. Candelabra et intorticia pro Missa.

UBI FIT BENEDICTIO AQUÆ BAPTISMALIS :

30. Ad latus epistolæ in presbyterio paratur vas aquæ baptismalis benedicendæ, quod convenienter exornari decet. Et insuper : duo manutergia, vas pro aqua benedicta et aspersorium, vas ad extrahendam aquam, Oleum catechumenorum et s. Chrisma, pelvis et urceus ad manus lavandas et mica panis, bombacium ad manus inunctas tergendum, linteum ad cereum tergendum.

SI MINISTRANDUS SIT BAPTISMUS :

31. Parentur : rituale, vas cum sale, Oleum catechumenorum et s. Chrisma, bombacium, cochlear argenteum, linteum ad caput baptizati tergendum, vestis candida, cereus.

PRÆNOTANDA

1. Solemnis paschalis vigilia celebranda est hora competenti.
2. De hac hora, hæc servantur :
 - a) hora competens ea est quæ permittat Missam eiusdem vigiliæ incipere circa mediam noctem inter sabbatum sanctum et dominicam Resurrectionis.
 - b) ubi tamen, ponderatis fidelium et locorum peculiaribus conditionibus, propter graves rationes ordinis publici et pastoralis, de iudicio Ordinarii loci, horam celebrandæ vigiliæ anticipari conveniat, hæc inchoari non potest ante diei crepusculum, aut certe non ante solis occasum.
 - c) permissio autem horam vigiliæ paschalis anticipandi ab Ordinario loci dari non potest indistincte vel generaliter pro tota diocesi aut regione, sed tantum pro iis ecclesiis vel locis, ubi vera urgeat necessitas; præstat insuper ut hora competens servetur in ipsa saltem ecclesia cathedrali et in omnibus aliis ecclesiis, præsertim religiosorum, ubi sine gravi incommodo id fieri potest.
3. Vigilia paschalis celebrari potest etiam in ecclesiis vel oratoriis, ubi functiones feriæ V et VI hebdomadæ sanctæ locum non habuerint, vel omitti in ecclesiis et oratoriis in quibus prædictæ functiones celebratæ sunt.
4. Sacerdotibus, qui curam duarum vel plurium habeant parœciarum, Ordinarius loci permittere potest binationem Missæ vigiliæ paschalis, non tamen in eadem parœcia.
5. Vigilia paschalis peragitur ut infra notatur; at ubi deest alter diaconus, ritus solemnus potest peragi etiam sequenti modo : post benedictionem cerei paschalis, diaconus qui comitatur celebrantem, depositis paramentis violaceis, sumit stolam et dalmaticam albi coloris, deinde accipit cereum et facit omnia ut dicitur de diacono induto paramentis albi coloris. Subdiaconus stat ad latus celebrantis. Post præconium paschale, diaconus, depositis paramentis albis, assumit violacea et vadit ad celebrantem.

DE COMPLETORIO

Omnia ut in OST, pag. 243, at loco orationis Visita, quæsumus, dicitur oratio Concède, quæsumus, pag. 242.

Pag. 260, et seq. : Leváte, dicitur a diacono.

Pag. 273 : loco : Facit tres cruces super fontem, dicens... lege : Facit tres cruces super aquam, dicens...

Pag. 276, sexta linea ante ultimam : loco : in modum crucis infundendo... lege : in modum crucis ter infundendo...

Pag. 289, post orationem Hanc igitur, adde :

Quam oblationem tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, *signat ter super oblata bene ✠ dictam, adscri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationábilem acceptabilémque fácere dignéris : super hostiam ut nobis Cor ✠ pus, super calicem et San ✠ guis fiat dilectissimi Filii tui iungit manus Dómini nostri Iesu Christi.*

*Pag. 290, post Allelúia, pone : **

Pag. 293, V̇. Gaude et laetáre... sine Allelúia.

APPENDIX

In Dominica II Passionis seu in Palmis

Tractus in breviorém formam restitutus

II

D E-us, De-us me-us, réspi-ce in me : * qua-re me

de-re-li- quísti? *Flexa* : conspexé-runt me : †

V̇. 2. Longe a salute **mea** * verba delictórum **meórum**.

V̇. 3. Deus meus, clamábo per diem, nec exáudies : * in nocte, et non ad insipiéntiam **míhi**.

V̇. 4. Tu autem in sancto **hábitas**, * *laus Israël*.

V̇. 5. In te speravérunt patres **nostri** : * speravérunt, et liberásti eos.

V̇. 6. Ad te clamavérunt, et salvi **facti** sunt : * in te speravérunt, et non sunt *confúsi*.

V̇. 7. Ego autem sum vermis, et non **homo** : * oppróbrium hóminum, et abiéctio **plebis**.

V̇. 8. Omnes qui vidébant me, aspernabántur me : * locúti sunt lábiis et movérunt **caput**.

V̇. 9. Sperávit in Dómino, erípiat **eum** : * salvum fáciat **eum**, quóniam *vult eum*.

V̇. 10. Ipsi vero consideravérunt, et conspexérunt me : divisérunt sibi vestiménta **mea**, * et super vestem meam *ni-sérunt sortem*.

V̇. 11. Líbera me de ore leónis : * et a cónibus unicornuórum **humilitátem meam**.

V̇. 12. Qui timétis Dóminum, laudáte **eum** : * univérsum semen Iacob, magnificáte **eum**.

V̇. 13. Annuntiábitur Dómino generátio ventúra : * et annuntiábunt cæli **iustítiam eius**.

V̇. 14. Pópulo qui nascétur, * quem *fecit Dóminus*.

INDEX

Prænotanda	3
Dominica II Passionis seu in palmis	7
<i>Ad Tertiam</i>	7
<i>De solenni palmarum processione in honorem Christi Regis</i>	15
<i>De Missa</i>	38
Feria quinta in Cena Domini	77
Feria sexta in Passione et Morte Domini	83
Sabbato Sancto	87
Appendix	91

Omnia jura vindicabimus in universam nostram excogitandi scribendique
rhythmi rationem et in cantus qui non sunt ex editione typica Vaticana
excerpti.

DESCLÉE & SOCII, Tornaci (Belg.).